

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Titvlvs VII. De Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

perdit ipso iure sibi quae situm per collationem, eo ta- 17 Ordinari sine titulo que pena.  
men propter tale delictum iuste priuari poterit, ex Nau. 18 Diaconus ad titulum patrimonii ordinatus, & eo renuncia-  
to presbyter factus, non est suspensus, cum renunciatio illa  
in Man. c. 23. n. 501. & 102,

DECISIO IX.

De Renunciat. in Novis, & in antiquis.

Piscopus beneficium resignatum propinquuo aliquius  
resignans conferens a collatione beneficiorum su-  
sensus est ex Extrav. Quanta, & Pij V. constit. 58. anno  
1768. edita. Quod si sic suspeclus esset, excommunicati-  
onem incurrit; immo etiam in licit ligatus in Pontificali-  
bus, vel minoribus ministret, irregularis efficitur, nec ab  
alio, quam a Summo Pontifice ab huiusmodi excommuni-  
catione, & suspensione absolvi, vel ab irregularitate di-  
spensi potest. Sed & sic secundo prouisus, quousque in for-  
to interiori a peccato mortali suscipiendo beneficium, &  
retentionem illius, necnon perceptionis, & restitutio-  
natum excusari possit, si vere Extravagantem illam  
ignoraverit; ita ut nec illud prætextu ignorantie huius-  
modi constitutionis a præfatis peccatis non excusat, &  
quia in hoc foro semper scientia illius Constitutionis pre-  
sumuntur. Arg. c. Ignoranti de reg. iur. in 6.

DECISIO X.

De Renunciat. in Novis, & in antiquis.

Resignatio beneficij per procuratorem absentis fa-  
cta in manibus Papæ admittitur, et si id regulari-  
ter operetur, ut iure communis atento beneficium illud a  
suo Papa, & non ab ordinario resignari consenserit posse;  
sit tamen antequam resignatio ea facta fuerit in manibus  
Papa, ipsomet beneficiarius beneficium illud in manibus  
ordinarii admittentis resignat, valida est resignationis hac  
in manibus ordinarii facta, nec collatio postea a Papa fa-  
cta valebit, quippe qui iam per priorem resignationem in  
manibus ordinarii factam beneficium suum & ius om-  
ne, quod in eo habuit, amiserat; si igit contra, si resignatio  
prius in manibus Papæ facta fuisset, & ab eo admissa, quā  
in manibus ordinarii, renunciatio postea in manibus or-  
dinarii facta non valebit: eo quod beneficium illud sic  
per procuratorem in Curia resignatum Papæ reservatum  
fuit c. 2. de præb. in 6. ordinarius autem beneficia in Cu-  
ria vacantia, seu Papæ reservata, conferre nequit.

TITVLVS VII.

De Temporibus ordinationum, & qualitate ordi-  
nandorum.

S V M M A R I V M.

1 Parochus ad sumendos ordines impeditus, ut restituendus.  
2 Predicare non est actus sacri ordinis.  
3 Prelatus Collegiate & nullo iure nisi monitus, ordinari tenetur.  
4 Prelatus Collegiate & in seruendo episcopo a residentia excu-  
satur.  
5 Episcopus quoscumque ad curiam animarum exercendam con-  
finatus, de eorum inhabilitate examinare, & visitare po-  
test.  
6 Episcopus in dubio ordinare voluisse presumitur.  
7 Intentio Ministrorum in Sacramentis conficiendis est necessa-  
ria.  
8 Intentio contraria protestationi in ordinibus conferendis pre-  
ualeat.  
9 Characteris ordinis impressionem duo tantum defectus impe-  
diant, & quā nam illi sint.  
10 Hæretorum liberi qui promoueri nequeant.  
11 Ordines qui male sunt, quomodo resumere debeant.  
12 Ordinare ut possit qui in loco domicili quād requaratur.  
13 Filius familiæ pubes domicilium sibi constituere potest.  
14 Prima tonsura non est ordo, & ea insignitus quid medium  
est inter laicum, & clericum.  
15 Tunc ad quem quis ordinatus est, alienari non potest.  
16 Ordinatus sacris sine titulo, quando est suspensus, & quando  
ab Episcopo alendar.

- 17 Ordinari sine titulo que pena.  
18 Diaconus ad titulum patrimonii ordinatus, & eo renuncia-  
to presbyter factus, non est suspensus, cum renunciatio illa  
nulla fuerit.  
19 Ordines accipiens intentione illos accipiendi, licet cum aliquo  
etiam scrupulo non accipiendo, resum ordinem accipit.  
20 Ordinatus ad titulum patrimonii, quod mentitus est habere  
sufficiens, si defectus sit notabilis, est suspensus.  
21 Capitulum Sede vacante infra annos Recurrendas dare non  
potest.  
22 Ordinatus Minoribus de licentia Capituli Sede vacante, mul-  
lo priudegio gaudet.  
23 Ordinare non potest Episcopus sibi non subditos, nisi de con-  
sensi episcopi loci.  
24 Ordinarius religiosorum est prelatus; & ad ordines suscipien-  
dos dimissorias dat.  
25 Abbas dans dimissorias non suo subdito est suspensus.  
26 Episcopus familiarem ordinans, & tamen ei beneficium conser-  
ve tenuerit.  
27 Ordinatus sine licentia Minoribus, non est suspensus, nec bene-  
ficii priuatus.  
28 Episcopus in ordinando familiarem triennalem, super inter-  
sticiis dispensare nequit.  
29 Episcopus licet ordinare possit suum familiarem triennalem,  
non potest tamen cum eo illegitimo dispensare.  
30 Episcopus dimissorias concessas reuocare non censetur, ex eo  
quod postea dixerit ordinando, ne ab alio ordinaretur, quia  
ipse volebat ordinare tenere, & eum ordinare.  
31 Patrimonium, ad cuius titulum quas ordinatur, licet debent  
esse in immobilibus, & non in mobilibus, non tamen ob id  
incorruptur pena.  
32 Episcopus lacum alienum ordinare non potest, sine licentia  
proprii ordinis ramen collatio facta valerit.  
33 Concilij Trid confirmatio quo anno facta sit.  
34 Capitulum Sede vacante cum illegitimus ad ordines Mino-  
res dispensare potest, sicut episcopus poterat.  
35 Episcopo consentienti ut quis ab alio ordineretur, non fit praedi-  
candum.  
36 Beneficii collatio post irregularitatem facta, est nullas nec per  
Crucifiam, aut Iubileum taliis irregularitas tolli potest.  
37 Ordinis sacri iteratio, irregularitatem inducit.  
38 Missa celebrando cum duo de iure interesse debent, sed dexter  
vix sine peccato presbyterio insiguntur.  
39 Homicida sine dispensatione ordinandus non est.  
40 Commisso ad dispensandum, nisi ea secunda nihil opera ur.  
41 Irregularis celebrando peccat, sed non sine irregulatim.  
42 Illegitimus irregularis est, sed non suspensus, & quare.  
43 Ordinatus metu conditionali, vere ordinatus est.  
44 Renunciatio tituli ab ordinato facta ipso iure est nulla.  
45 Episcopus ab omni suspensione a iure lata, & Pape non refer-  
rata absolvire potest.  
46 Ordinatus ad titulum parochialis ante etate obtenta, nec su-  
sensus, nec irregularis est.  
47 Suspensus, vel irregularis licet ad beneficia obtinenda inhabi-  
litis sit, an ea ramen obtenta per consuram, vel irregularita-  
tem superuenientem non perdit.  
48 Concilium Trid. cap. 4. Sess. 22 de reform. qualitates in bene-  
ficiario potentia & non actu requirit.  
49 Collatio beneficiorum altius ordinens, facta non haberti  
illum est nulla.  
50 Pena ordinari sine titulo in penam ordinantis mutata, quan-  
do habeat locum.  
51 Ordines suscipere, interstitiis non seruatis, de licentia episcopi  
licet.  
52 Licentia assumendi ordinis morte concedentis non expirat.  
53 Suspensus non est, ante iustam etatem bona fide ordinatus.  
54 Irregularitas ex mala ordinatione non potest dici ex occulto  
delicto natu nec super ea episcopus dispensat.  
\* 55 Gallus sacris ante legitimam etatem ordinatus, an suspen-  
sus sit?  
\* 56 Ordinatus interstitiis non seruatis, nec suspensus, nec irregu-  
laris est.  
\* 57 Ordines duos sacros eodem die assumens, suspensus & irre-  
gularis est.  
\* 58 Ordinatus sacris sine legitimi dimissoriis suspensus est, &  
si sic



- si sic suspensus presbyteratus ordinem suscipiat, irregularis officiatur.*
- \* 59 *Capellaniam in Capella Papa obitinis, ad illius titulum, qui morte concedens extinguit non sicut ordinari potest.*
- \* 60 *Promotus ad presbyterium titulo sui patrimonij, illud postea renuncians in censuram non incidit.*
- \* 61 *Ordinatus ad ordines Minores per falsas dimissorias, & postea per veras ad Subdiaconatum, censuram aliquam non incurrit.*
- \* 62 *Ignorantia probabilis episcopum ordinantem subditum alienum a suspensione excusat.*
- \* 63 *Occultum ab erroris clericis secularis non potest aepiscopo impediri ab ordinum susceptione secus in clero regulari.*
- \* 64 *Notoriu: talis in uno loco, puta excommunicatus, & concubinarius, est ubique talis, & sine peccato potest, ut talis alius ignorans resuelari.*
- \* 65 *Capitulum intra annum a die vacationis sedis episcopalitis litteras dimissorias, seu Reverendas dare non potest, sed bene post illum.*

## DECISIO I.

*Ex consil. 5. alias 1. de in integ. ref.*  
*¶ 17. 5. 6. de Sac. non iter.*

**P**rotochro intia tempus, quo promoueri tenetur, legitime impeditus, cessante impedimento, quod vtrumque forum, non aliud annum integrum, sed ratum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit, ad promouendum acquirit. Arg. c. i. de ref. in integ.

## DECISIO II.

*Ex consil. 2. alias 7. de offic. iud. deleg.*

**P**redicare faci alicuius ordinis actus non est, unde & laicus ex licentia Episcopi, aut parochi publice munus concionandi exercere potest, & sine eorum licentia, nec Diaconus, nec Sacerdos simplex ecclesiam curatam non habens, praedicare valet. ca. Adiunctionis, 16, qu. 1. & Naua. in Man. c. 25. nu. 145.

## DECISIO III.

*Ex consil. 3. alias 5. de stat. & qualit. ord.*

**P**relatus Ecclesie collegiatae curate, quamvis aliquo iure, intia certum tempus Sacerdotium suscipere, sub pena priuationis ipso iure incurrenda, non tenetur: a Superiori tamen monitus, proximis a iure statutis temporibus promoueri debet. cap. Cum in cunctis. §. inferiora, de elec. & Panor. ibid.

## DECISIO IV.

**P**relatus Collegiate iusta de causa Episcopo suo interiens, a residentia excusat, & tutia conscientia fructus percipere potest. cap. Ad audientiam, de clec. non resid. & Pan. ibi.

## DECISIO V.

*Ex consil. 4. alias 8. de privileg.*

**E**piscopus quoeverque Canonicos & dignitates, & alios Clericos exemptos, & non exemptos, ad curia animarum exercendam constitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obstante quocunque priuilegio, aut consuetudine in contrarium examinare, & visitare potest, Ita Conc. Trid. ses. 14. ca. 3. de ref. & sess. 24. cap. 18. de ref. & sess. 25. c. 11. de regul. & illiteratos, & imperitos ecclesiastum rectores, ut coadiutores accipiunt, cogere potest, ex eodem Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de ref.

## DECISIO VI.

*Ex Consil. 5. deest in Novis.*

**E**piscopus aliquos ordinari prohibens propter aliquos defectus, si postea eos ordinet, nefficiens a patienti illos, quos fratre per mendacium celauerunt, in foro exteriori intentionem eos ordinandi habuisse, presumitur. ca. i. de eo qui furt. ord. suscip. cum in dubijs pars benignior amplectenda, & credenda sit. c. In penit. de reg. iur. & occulte indignos ordinare non intendens, peccaret, cum ad ipsum occulta crimina, quae nescit, nec fecerit.

tenetur, nec probare potest, punire non pertineat. Arg. sit tantum, &c. placuit, 6. q. 2. & c. rubescant, dist. 3. 2.

## DECISIO VII.

*Ex consil. 6. alias 1. de eo qui furtive ord. suscepit.*

**O**rdinatus ad ordines sacros ante legumam etatem, mentitus illam Episcopo interroganti, an etate legitimam haberet, si postea Episcopus ordinis collonus protestetur ore, & mente se non intedere ali quem huiusmodi defectum patientem ordinare, vere ordinatus non est, sed denou ordinari debet, cum intentio ministri in sacramentis conficiendi omniaco sit necessaria ex Conc. Tri. ses. 7. can. 17. de Sacram. in genere, & S. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. & 10. Secus autem si protestatio huiusmodi otentium facta sit, ad arcendum audaciam accedentium illegitime ad ordines accipiendo; & in dubio prasumendum est, habuisse intentionem ordinandi accedentem, cum tali defectu, etiamque mentitus fuerit se habere legitimam etatem, c. i. de eo qui furt. ordin. suscep.

## DECISIO VIII.

*Ex consil. 7. deest in Novis.*

**E**piscopus vetans ordinari aliquos patientes defectus Natalium, etatis, vel excessum censuram, excommunicacionis, interdicti, suspensionis, irregularitatis, vel alterius inabilitatis, aut cuiuscunque peccati mortalitatis, coanimantur, vt abstinent se ab ordinibus suscipiendo propter obedientiam, non autem animo nullatus ordinandi, si non obstante prohibitione eius accedant ad ordines suscipiendo, vere ordinati sunt, c. Si quid inuenisti. 14. q. 5.

## DECISIO IX.

**N**ihil defectus bonitatis, etatis, vsus rationis, aut sciencie, sed neque aliquis alius preterquam fexus virilis & baptismi, impedit characteris ordinis impressionem in anima eius, si Episcopus intentione ordinandi habeat, vt ait. S. Th. 4. d. 25. q. 2. ar. 6. adeo vt infans in cuius exiles coniugatus, & illiteratus modo sit masculus, & baptizatus characterem ordinis accipit tam facti, quam non facti euampli prepostere maiores, prius quam minores ei conseruantur. Arg. c. i. de cler. per salt. prom. & c. sollicitudo dist. 5. nec amplius ordinandus est.

## DECISIO X.

*Ex consil. 8. alias 2. de eo qui furtive ordinem suscep.*

**E**piscopus generali ordinationem facturus, & prius editio statuens, ne qui ab hereticis originem duceret ad ordinationem accedere presumenter, si non obstante quispiam auos hereticos habens ordinari potest, vere ordinatus censetur, eo quod infidelitas procedens etiam eiusdem ordinandi vel beneficio donandi, regulariter promotionem eius non impedit, c. i. cum sequ. de retrip. nec in ordinante defectus intentionis presumi debet, non solum quia aliud est, quod Episcopus aliquos indignos ordinari prohibeat, & aliud quod ei defit intentio ordinandi tales, si illi eorum indignitatem ignorati ordinando offrant, & a separari non fit illatio. c. Ad audientiam, de decim, sed etiam quia per talem presumptionem presumenter Episcopum deliquerit, cum non possit ipse esse repellere ordinandum ex eo, quod a talibus patribus defunderet, cap. statutum, de her. in 6. & in dubio non est de aliquo, maxim de Episcopo, presumendum deliquerit. c. 2. de reg. iur.

## DECISIO XI.

*Ex consil. 9. alias 8. de Sacramen. non iterando.*

**O**rdinatus ad quatuor Minores ab aliquo presbytero, dicente se habere facultatem id facienda a Papa credente id populo quadraginta circiter annis, quibusd publice faciebat, & antequam sacros ordines ab Episcopo postea suscepere, beneficium obtinuit, ab Episcopo tollerari potest, nec dispensatione indiget, cum per malum ordinum Minorum assumptionem non incurrat quis ipsi iure suspensionem, licet suspendi mereatur, capit. vel non est compos. de tempor. ordin. si scienter id faceret,

debet tamen ordines Minores cum conditione resumere, si, & quatenus anteā nō sint suscepiti: arg. c. 2. de baptis. & c. Solemnitates, de consecr. dist. 1. & argu. cap. quanto, de consuetud. & collatio beneficij facta illi, antequam sacris ordinibus ab episcopo ordinaretur, nulla fuit & inualida, cum collatarius fuerit laicus, & laici beneficij ecclesiastici incapaces sunt. cap. ex literis, de transact. & ca. cum adeo, de tescipt.

DECISIO XII.

Ex conf. 10. alias 2.

**O**r dinatus ritē ad Minores ordines in uno loco, & postea locum mutans, & episcopo loci tribus annis seruiens, ab eodem episcopo, vel ab alio, virtute dimissorialium ab eo illi concessatum, ad ordines sacros promoveri potest; ita Concil. Trid. sess. 2. 3. cap. 9. de ref. cum per huiusmodi mansionem videatur quæsiſte domicilium, & eiusdem episcopi subditus effectus. C. de incol. libr. 10. & c. cum nulla, de temp. ord. in 6.

DECISIO XIII.

Ex conf. 11. alias 3.

**F**ilius, qui natus, & educatus in una diecesi, ad diecesim vbi pater habitat, & domicilium habet, venit anno perpetuo cum eo habitandi, & post annum missus est causa studiū ad ciuitatem, vbi natus erat, & post aliquot annos reuersus, ab episcopo, vbi pater habitat, legitime ad ordines promoueri potest; quia filius pubes cum esset, qui sibi domicilium eligere potest, l. placet, cum l. seq. ff. ad municipalem, adiut domum patris animo perpetuo ibi vivendi, & diu ibi manifit; & quamvis postea alibi studuerit, ibique multis annis degerit, semper tamen animum habuit rediū domum, & ad ciuitatem vbi pater domicilium obtinuit & proinde idem cum patre domicilium habuisse censendum est. l. & 2. C. de incol. libr. 10. Et quilibet laicus sine licentia episcopi, non solum quoad temporalia, nihil. & l. incola, ff. ad municip. sed etiam quoad spiritualia, domicilium de uno episcopatu ad aliud transferre potest, c. fr. de paroch.

DECISIO XIV.

Ex conf. 11. alias 4. de Sacram. non iterand.

in Novis.

**P**rima tonsura non est propria ordo, prout testantur Doctores, in 4. d. 24. nec ad suam essentiam requirit, ut eam assumens dicat illa verba Dominus pars hereditatis meæ &c. sed fatus est, ut Episcopusea faciat, que sufficiemt a populo laico segregat, & clero aggreget, & eam signitus est medius quidam inter vitrumque, ut est Cathecumens inter baptizatū, & baptizati volentem, & novitius inter omnino secularem, & religiosum, profsum. Ita Sotus, 4. d. 2. q. i. at. 1. & Nau. in Man. c. 22. nu. 18.

DECISIO XV.

Ex conf. 13. alias 18.

**A**ccipiens iustum patrimonium a patre, ut ordine sacros accipiat, quod multo tempore possidet, sed antequam se ordinari faciat, obligat se ad soluendam certam pecuniam alteri, si postea cum dimissorijs literis Ordinarij ad titulum donationis prefati patrimonij dati omnes ordines suscipiat; nec suspensionem aliquam incurrit, nec celebrando irregularis efficitur; nec Episcopum decepit, censetur, quia verum titulum ei ostendit, & fatus est ordinando, quod habeat patrimonium sufficiens ad se honeste sustentandum, nec requiritur; quod non debat aliquid creditoribus, maxime cum praefata pecunia deberi coepit post patrimonium quæsitum, de quo nec debuit, nec potuit solvi ex Concil. Trid. sess. 2. 5. c. 2. de refor. & ita tacite promissa censetur sub conditione tacita, si post ordinationem habuerit unde solvatur: Nam patrimonium illud ante ordinationem peti non poterat, quia donatum ei fuit a parte ad causam ordinationis facienda; l. 1. & 2. C. de don. quæ sub modo fiunt, nec post ordinationem, si nō fuerit adeptus beneficium, vel aliud æquipollens, patri-

monium illud ad ordinandum sibi donatum alienare, renunciat, aut vendere potest, ita Concil. Trid. vbi supra.

DECISIO XVI.

Ex conf. 14. in antiquis, & Novis.

**O**r dinatus sacris ordinibus sine patrimonio, vel titulo iusto beneficii ecclesiastico, vel pensione sufficieti ad honestam sui sustentationem, ipso iure suspensus est c. neminem, & c. Sanctorum. d. 70. & episcopus sciens, vel scire debens talen ordinans ordinatum atere tenetur, ca. cū secundum, de præbend. & ordinatus Sacris cum pensione, vel patrimonio, pensionem illam, vel patrimonium postea donare, vel renunciare sine licentia episcopi non potest, & aliter facta donatio, vel renunciatio inualida, & nulla censetur. Ita Concil. Trident. sess. 2. 1. c. 2. d. reform.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. in utriusque.

**L**egitimè prouisus de beneficio ecclesiastico, ad cuius luculum antequam illius possessionem adipisci posset, a seculari potestate, vel aliunde impeditur, bona fide, & cum legitimis literis dimissorijs, ac Papæ dispensatione ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines, extra tempora a Catholico antistite promoueri se faciens, nec suspensionem, nec irregularitatem in foro interiori, aut exteriori incurrit; eo quod iura antiqua c. Neminem, cap. Sanctorum, d. 70. c. cum secundis, de præb. c. per tuas. 3. de Simon. de eo solum loquitur, qui absolute, hoc est, sine titulo & patrimonio, vel subreptitie per parsimoniam, vel mendacium ordinatur non autem de habente titulum & beneficium, & ius in eo queſtum sine possessione ab alio iniuste detenta & ius nouum Concilij Tridentini sess. 2. 1. c. 2. de ref. solum innuat penas antiquis iuribus impositas, de novo statuens ius pacifice possessionis; ob cuius tam defecit uin sicut nec iura antiqua suspensionis penam imponunt; ita neque ius nouum, cum solum penas antiquas quoad hoc innouet.

DECISIO XVII.

Ex conf. 16. alias 21.

**V**obdiaconus sine beneficio ad titulum patrimonij ordinatus, & illud in favorem parentum, vel aliorum, renuncians, si postea se ad ordines superiores ordinati faciat ab ordinario, cui facta fuerit fides, de titulo patrimonij, cum ad Subdiaconatum ordinaretur, qui ignorabat prædictam renunciationem, & celebret; licet sic renunciando, & ordines superiores assumento peccet, & ab ordinario pena extraordinaria puniri possit, nullam tamen censuram, aut irregularitatem incurrit; non solum quia iuste possit quis iure antiquo, cap. episcopus, cap. suis, de præbend. & nouo, Concil. Trident. sess. 2. 1. cap. 2. de reform. ad titulum patrimonij ordinari, si id visum fuerit episcopus; sed etiam quia renunciatio illa sine licentia episcopi facta nulla fuit, & proinde sic ordinatus presbyter non cavit titulo illo, impedimentum autem non praedit, quod iure non fortitur effectum capit. Non praedit, de regulis iuris in sexto, vnde sicut si renunciatio illa facta non fuisset, ordinatio fuisset iusta; ita etiam & illa facta talis erit, eo quod renunciatio illa nulla est: praesertim cum lex penal, qualis est lex suspendens ordinatum sine titulo, Extra. Cum ex facrorum extra casum proprium extendenda non sit, c. Pænæ de penit. dist. 1. ad illum scilicet qui re titulum habet, & inuaidit renunciando non perdidit illum.

DECISIO XIX.

Ex conf. 17. alias 6. de Sacramentis non iterand. in Novis.

**A**ccedens cum intentione ad ordines accipiendo, & antequam eos accipit, habet scrupulos volendi & nolendi accipere illos, licet in partem affirmatiuum potius

B incl.



inclinat, verum ordinem accipit, & sufficientem intentionem ordines recipendi habuisse censetur, non solum quia magis in parte affirmatiuam inclinat, sed etiam quia sufficit, ut habeat intentionem bene, vel male ordinari, immo quod velit accipere etiam metu mortis affectus. Innocent. in C. maiores. §. Item quartatur de Baptis.

DECISIO XX.

Ex cons. 18. alias 23.

**O** Btinens literas dimissorias ad quoscunque ordines  
assumendos sub titulo patrimonij, quod meritum ha-  
bere sufficiens ad honeste vivendum, quatum testimonio  
ordinatur, si defectus ille sit notabiliter insufficiens, male  
ordinatus censeri debet, & suspensionem inductam per Più  
II. in extrauag. cum ex factori. contra eos, qui se ordinari  
faciunt sine literis dimissorijs, incurrit, cum antiqua etiam  
iura requirant, ut sacris ordinandus habeat bona , vnde  
commodè sustentari possit, c. episcopus c. tuis, ca. cum fe-  
cundum, de præben., nec suffici præstari simplex, vbi quid  
qualificatum requiritur, cap. notificasti, 33. quæst. 3,

DECISIO XXI.

Ex cons. 19. alias 27.

**C**apitulum licet Sede vacante literas dimissorias dare non possit, ex Concil. Trid. sess. 23.c. 10.de ref. literas tamen testimoniales idoneitatis dare potest; qua tamē non sufficiunt, ut quis ab alieno episcopo ordinari possit, cum ordinari iusque nullus valeat, nisi probatis, & mores eius ordinarij sui testimonio commendentur, vi ait Concil. Trid. sess. 23.c. 8.de ref. Quod si quis sine literis sui ordinarij, vel ante etatem, minores tantum ordines suscipit, non incurrit suspensione ipso iure extraug. cum ex Sacrorum, quod translationem, ea. vel non eit compos. de temp. ord. cum illud solum ordinatos ad ordines sacros, sine literis dimissorijs, vel ante etatem, suspendit, potest tamen talis per iudicem suspendi.

DECISIO XXII.

*Ex cons. 29. alias 28.*

**O**rdinatus ad Minores ordines de licentia Capituli  
Sede vacante, nullo priuilegio gaudeere debet, ut ase-  
rit Concil. Trid. sess. 7.c.10. de ref. non tamen ipso iure in-  
capax redditur beneficij ecclesiastici, sed per sententiam  
inhabilis effici potest, cum verba futuri temporis (quale  
est verbum gaudeat) penam ipso iure non infligant. Gl. in  
reg. in penis de reg. iur. in 6.

DECISIO XXIII.

Exconj. 21. alias 41.

<sup>23</sup> **E**piscopus quamvis ratione priuilegij ante Conciliū Tridentinum obtenuit a Sede Apostolica ordinandi extra suas dioceses etiam sine licentia Episcopi loci ordines extra territorium suum conferre non potest; ex Concil. Trid. l.6. c.5. de ref. cum licentia tamen & consensu episcopi loci illius, non solum subditos suos, sed etiam subditos episcopi loci, & alios quoscunque literas dimissorias suorum episcoporum affertentes, iuste ordinare potest, sicut & episcopus loci illius ordinare potuisset, c. Pontifi. 7. q. 1. cum iurisdictio omnis non solum voluntaria, sed etiam contentiosa, in alieno territorio, de consensu iudicis illius, & partium quas tangit, exerceri possit, c. 2. de constit. in nec alicui exinde praividicium fit.

DECISIO XXIV.

*Ex conf. 22. alias 36.*

**24** **O**rdinarius religiosorum est Prelatus, seu superior eorum, & ad ordines suscipiendo literas dimissoriis dare potest, Ita Conc. Trid. less. 23, c. 8. de ref. c. cum ab ecclesiis, de off. ord. cum in eos iurisdictionem ordinariam habeat, & quasi episcopalem; nec sine literis eius religiosus ordinandus est.

DECISIO XXV.

Ex consil. 23, alias 37.

**A** Bbas exemptus quamvis Regularibus suis ad ordines suscipiendo literas dimissoriales dare possit, ex Concil. Trid. ieff. 23, c. 10 de ref. illas tamen famulo suo seculari ad assumendum ordinis Sacros ab alieno episcopo date non potest, etiam si famulus iurisdictione eius temporali, & ecclesia subditus sit, & dando illas, per annum ab officio, & beneficio ipso iure suspensus est, ut ait Concil. Trid. vbi sup. & celebrando infra annum fit irregularis, c. 1. de re iud. in 6. & fructus illo anno perceptos, saltem illos, qui sibi ad vitam sustentandam non fuerunt necessarii, ecclesiæ restituere tenetur. Panor. cap. pastoralis, f. ve. rum. de appell.

DECISIO. XXVI.

Excons. 24, alias 11.

**E**piscopos familiarem suum alienum etiam triennale  
prima tonsura ordinare non potest, nisi ei statim be-  
neficium conferat, prout asserit Concil. Trid. sed. 23. c.  
9. de refor. cum prima tonsura sit ordo simpliciter secun-  
dum communem vsum loquendi, secundum quem dici-  
tur ordo clericalis, qui seruadus est in ysu verborum, arg.  
cap. cum contingat, de aetate. & qualitate, vnde & Concilium  
præfatum prohibens Episcopis alienum familiarem ordi-  
nare, illis etiam primam tonsuram conferte, censori pro-  
hibere, nisi ei statim beneficium tribuat. Et licet si ordi-  
natus ab alieno episcopo sine veris literis dimissionsis, &  
ordinans peccet, & puniri possit, non sunt tamen ipso iure  
excommunicati, aut suspensi, sed suspenduntur, cum hoc  
nullo iure probetur; nulla autem censura, vel irregularitas  
ipso iure incurritur, nisi id aliquo iure exprimatur.

DECISIO XXVII

25	alias	31
26		5 de cler. e xcom. ministr.
32		30
33		29
	in Antiq. in Nouis.	D E C I S I O N

**L**AICUS sine literis dimissorijs, vel cum falsis a scipio effictis ab alieno prima tonsura, & minoribus ordinatus, & ab eo beneficium accipiens, nec ipso iure suspensus est, nec ordinis excusione caret. *C.* Quod translatione, & ca. vel non est compos de temp. ord. neque beneficio adepto priuatis censetur, quamvis suspensi potest, & post talem suspensionem inhabilis erit ad beneficia, donec episcopus eius ordinatus ratam habeat ordinacionem mal. ab alieno factam, qua ratificatione habita, remanebit habilis tam quoad ordines alios suscipiendo, quam quoad alia beneficia. *C.* Lugdunensis. 9. q. 2. & c. Nullus, de temp. ord. in 6.

[ Quamvis olim vera fuerit Doctoris sententia, non remex Bulla Sixti V. que incipit, Sanctum, & salutare edicta anno Dominicice incarnationis Millesimo quinagesimo octagesimo octauo, Nonis Ianuarii, Ponatur sui anno quatuor, ordinatus prima tosura, aut maioriibus, abque veris dimissorijs sui ordinarij literis, ab execuzione, ministerio, & exercicio ordinum suscepitorum, & ad amepspe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in illis ministratate presumptient, irregularis efficitur, & omnibus, & quibuscumque per eum in tumultum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, aut regularibus, priuatus est atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtainenda in perpetuam inhabilis est, & infuper si clericus regularis fuerit, etiam vox actiuia, & passiuia, ipso facto priuatus est, nec ab aliquo quam a summo Pontifice ab irregularitate sic contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, dispensari, aut a suspensiōne illa absoluī valet.

Sed quia constitutio hæc Sixti V. nimis rigida multis vila fuit, & scrupulos variò tam promouentibus, quam in eis, qui promoti fuerint, ingenerauit, eam postea Clemens Papa VIII. noua quadam constitutione, quæ incipit. *Regum Pontificem*, edita anno Domini 1595. pridi. Kal. Martij ad termen nos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis falsicis record. Pij Papæ II. quæ incipit. *Cum ex Sacrorum ordinum, & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilij restrinxit, & reduxit, nec non censuras & penas in eisdem Sixti literis moderatur & tollit.*

Quæcumque habentem Bullam moderatoriam Clem. VIII. Notandum est, quod qui in pœn. & prefatæ Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. Constitutio edita, & promulgata fuerat, inciderunt, a penit. illius Bullæ, virtute cōstitutionis Clementis VIII. non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem a Summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, haud secus ac si Bulla hæc Clemens VIII. edita non fuisset. Quamvis enim censuras & penas in eisdem Sixti literis contra sic delinqüentes, inflatis, moderetur, & aboleat in futurum, ante tamen incursum non tollit, neque earum ab solutionem, aut dispensationem moderatur, ut ex ipsius Bullæ verbis manifestum est.

#### DECISIO XXVIII.

*Ex conf. 27. alias 12.*

**E**piscopus licet familiarem suum triennalem, alias sibi non subditum (conferendo ei statim beneficium) ordinate, & illi literas dimissorias ad ordinandum a quoquaque posse possit, ex Concil. Trident. sess. 23. c. 9. de ref. super interstitijs tamen temporum præstiterit inter Diaconatum & Subdiaconatum, aut Diaconatum & presbyteratum, ut non servatus illis ordinari possit, dispensare nequit, ex eodem Concil. Trident. sess. 23. c. 11. 13. & 14. quia cum id Episcopus etiam suus superior, & ordinarius facere non valeat, nisi pro utilitate, ac necessitate Ecclesiæ suæ multo minus humiliandi Episcopos extraneos, cui non est subditus familiaris triennalis, videtur iudicare posse de necessitate, & utilitate ecclesiæ non suæ; præstiterit cum potestas ordinandi familiarem suum triennalem non subditum, & dædiliter dimissorias, exorbitans sit a iure communii, & differs a potestate dispensandi super interstitijs, ut proinde ad illam non sit extendenda, c. Quæ a iure, de regu. iur.

[Hæc doctrina authoris multo magis certa est post Bullam Sixti V. quæ incipit, *Sanctum & Salutare: relatum suæ, ut dispensare valeat super interstitijs temporum; alias non poterit sine licentia Papæ dispensare.*]

#### DECISIO XXIX.

*Ex conf. 28. alias 13.*

**E**piscopus etiæ familiarem suum triennalem ordinate posse, conferendo ei statim beneficium, ut habetur in Concil. Trident. sess. 24. c. 9. de ref. si alias habilis sit, cum eo tamen si sit illegitimus, aut alio modo inhabilis dispensare non potest aut ad minores ordines, aut ad beneficium etiam simplex habilem facere, cum potestas ordinandi, & potestas dispensandi seu habilitandi ad ordines diuersa sint, & a separatis ab una ad alteram non fit illatio, ca. Ad audienciam, de decim. nec priuilegia extra casum expressum extendi debentur. Porro, de priuilegiis, priuilegia, dist. 3. præstiterit cum Concilium Trident. in d. c. 9. non faciat familiarem triennalem subditum Episcopi, cui seruit, nisi quo ad collationem ordinum, nec aliam dat ei super illum iurisdictionem, ut ex tenore ipsius constat.

#### DECISIO XXX.

*Ex conf. 29. alias 34.*

**O**bituaria suo Ordinatio literas dimissorias ut a quounque Episcopo communionem Sedis Apostolicae habente ad Subdiaconatus ordinem se promoueri facere posset, si quoniam in dictis dimissorijs nulla fiat mentio tituli, ad quem esset ordinandus pro eius supplemento eundem ordinarium ordinandus audeat, qui ei responde-

ri iubet, ne ordines ab alio Episcopo acciperet, eo quod ipse in secundis proximis ordinationum temporibus eos cerneret vellet, & cum ordinate; ipse vero dilationis impatiens cum dictis dimissorijs alium Episcopum audeat, qui cum patrimonium habere, & parentes eius diuites esse sciens, ordinem Subdiaconatus ei confert, nec per suæ petitionem ordinatus est nec suspensus, cum per huiusmodi verba Episcopus eius ordinarius literas dimissoris concessas nequam reuocasse censemur, unde consequenter sine legitima sui oratione licentia non est ordinatus.

#### DECISIO XXXI.

**P**atrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, licet in rebus immobilibus esse debet, & non in mobilibus, non tamen ob id iucurrit pœna, si quis ordinatur ad patrimonium in mobilibus; curare tamen debet sic ordinatus, ut quæ primus titulus ille bonorum mobilium in bona immobilia ad mentem Concilij Tridentini scilicet 2. t. c. 2. de ref. conuertatur.

#### DECISIO XXXII.

*Ex conf. 30. alias 39.*

**E**piscopus laicum alterius diœcesis, qui sibi ratione beneficij, vel domicilij non subiectus, iuste sine licentia Episcopi loci illius ordinare non potest, cum Episcopus non nisi in subditos suos iurisdictionem spiritualem habeat, collatio tamen ordinis ab aliquo Episcopo facta, tenet, nec sic ordinatus ad primam tonsuram, vel minores, ipso iure suspensus est, quoniam suspensi potest, cap. 2. de temp. ord. in 6. sic autem ad sacros ordines ordinatus ipso iure suspensio nem incurrit. Extra, cum ex Sacrorum, Pij II. & celebrando ante absolutionem sit irregularis.

#### DECISIO XXXIII.

*Ex conf. 31. alias 7. de filiis prob. in Novis.*

**L**icet ante Concilij Tridentini confirmationem anno 1564. factam Bulla Pij IV. quæ incipit. *sicut ad Sacrorum. 1564. constit. 106.* Capitulum Sede vacante absolute literas dimissorias ad ordines ab alieno Episcopo suscipiendos dare poterat, cum nullus, §. Episcopi, de tempore ord. in 6. post eiusdem tamen Concilij confirmationem eas amplius concedere non potest, ut appetet ex eodem Concil. Trident. sess. 7. c. 10. de ref.

#### DECISIO XXXIV.

**I**cet Episcopus ex iurisdictione ordinaria cum illegitimo ad ordines minores, & beneficium simplex dispensare potest, c. 1. de fil. presb. in 6. ita etiam & Capitulum Sede vacante, cum eodem ad eosdem effectus dispensare valide potest, cum Capitulum Episcopo regulariter in omnibus, quæ sunt iurisdictiones ordinariae, exceptis casibus expressis, succeda, ut ait Pan. in c. cum olim, de maior. & obed. nec in vila parte iuris casus dispensandi cum illegitimo a Capitulo excipitur.

#### DECISIO XXXV.

*Ex conf. 34. alias 25.*

**H**abens literas dimissorias a suo Ordinario, ut a quounque malit Episcopo ordines assumere possit, etiam extra tempora iuris, si Papa id sibi concedet, & etiam si Papa totum negotium sibi remitteret, & Papa concedat, ut possit ordinari extra tempora ab ordinario tantum; talis etiam ab alio, quam a suo ordinario extra tempora ordinari potest; Nam in casu proposito, verba illa *Tantum ab ordinario*, intelligendi sunt, vel ab ordinario, vel ab alio de consensu, & approbatione, & cum dimissorijs eius; eo quod ordinari quem ab ordinario suo, vel ab alio cum dimissorijs, vel de licentia eius, quod propositum similia, & equipollentia, & in iure communi equiparata sunt;

B. 2. c. 1. &c.



c. 1. & 2. de temp. ord. in 6. & c. Lugdunensis 9. q. 2. & Cōc. Trid. sess. 23. c. 8. de ref. praefatim cum causa, cur Papa suā gratiam limitauit, vt impietas ab ordinario suo tantum ordinaretur, fuit ne ordinario praēdictum fieret; aut Concilio Tridentino vbi supra, statuerit, vt ordines a proprijs Episcopis assumenterent, derogaretur: Nihil autem Episcopo consentienti, vt ab alio ordinetur, praēdictatur, cum scienti, & consentienti non sit iniuria, aut dolus cap. Scienti. de regu. iur. in 6. Sed neque Concilio derogatur, cum expresse permittat, vt per rescriptum quis ab altero Episcopo promoteri possit, dummodo probitas, & mores eius a suo Episcopo commendentur.

## DECISIO XXXVI.

Ex conf. 3. alias 7.

**36** Ordinatus ante legitimam etatem ad subdiaconatum, Diaconatum, & presbyteratum, illisque vius ab ordinib. ante vilam dispensationem, tamen suspensus est, & toties irregularitatem incurrit, quoties ordinibus illis vius sit, ante obtentam dispensationem, & absolutionem. Extra. cum ex Sacrarum; & ex Nau. in Man. c. 27. nu. 70. & cap. 27. nu. 141. a quibus irregularitatibus nec per Bullam Cruciate, nec per alia Iubilæa absolu, aut liberari potest, & si beneficium aliquod post incursum irregularitatem, ante eius sublationem ei conferatur, collatio illa propter irregularitatem precedentem nulla est. Innoc. in c. cum nostris, de concessi. præb.

## DECISIO XXXVII.

Ex conf. 36. alias 1. de sacrum non iuiner. and.

**37** Vscipiens ordines sacros, antequam minores suscepit, & postea minores suscipiens, & iterum maiores, & tandem beneficium, per priorem promotionem ad sacros per salutem, solum est suspensus, ita Nau. in Man. c. 25. num. 71. & c. 27. nu. 242. propter iteratam vero sacri ordinis susceptionem, irregularitatem incurrit, c. 1. dist. 68. propter quam incapax etiam ad beneficium accipendum effectus est ex Nau. in Man. c. 27. nu. 246.

## DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 37. alias 6. de corp. vittat.

**38** Vamuis suadaster, seu difficulter audiens, presbyter ordinari potest, qui tamen omnino surdus est, presbyter sine peccato ordinari non potest; talis autem ordinatus sine dispensatione, & licentia Pape Missam solus & sine Ministro respondentem celebrare non potest, cum de iure Missæ celebrandæ duo saltem interesse debent, cap. Hoc quoque, de confecr. d. 1. & glo. in c. cum nostris, de concessi. præb. cum licentia vero Pape, solum sine Ministro respondentem, cum illum audire nequeat, in loco priuato, & secreto celebrare potest.

## DECISIO XXXIX.

Ex conf. 38. alias 40. de Homicid.

**39** Vt cum alijs multis auctoritate publica Bannitos in sequendo, aliquem illorum occidit irregularis efficiatur, nec sine Pape dispensatione ad ordines promoveri potest, c. fin. de temp. ord.

## DECISIO XL.

Ex conf. 39. alias 3. de filiis presbyt.

**40** Illegitimus obtinet dispensationem a Papa ad Episcopum suum, vt secum dispenseat, & antequam dictus Episcopus commissionem exequitur, prima tonsura initiatum Canonicatum a Papa impetrat, & tonsuram accipiendo peccat, & canonicatus obtentio inutila redditur; eo quod coramissio ad dispensandum, ea non secura, nihil operatur, & prouisio canonicatus facta illi a Papa non valer, quia in eius collatione supponitur cum eo dispensatum esse super defectu Natalium, cum tamen dispensatum non sit, sed solum mandatum, vt cum eo ab Episcopo dispenseatur.

## DECISIO XLI.

Ex conf. 40. alias 7. de cler. excom. ministr.

**41** Vamuis olim ordinatus extra tempora ipso iure suspensus non erat, sicut nec ante legitimam etatem ordinatus, sed solum suspendendus sit; c. cum quidam, c. vel non est compos, de temp. ord. hodie tamen veterque ipso iure suspensionem incurrit. Extr. cum ex factum, & Nau. in Man. c. 25. nu. 71. & c. 27. nu. 242. & eam per saltum promotus, & si antequam absoluantur a suspensione actu aliquo proprio ordinis accepti vtantur, irregularitatem incurrit, d. Extr. cum ex sacrorum, & c. 1. de iud. in 6. & c. 1. de sent. excom. in 6. super qua irregularitate sic per violationem censura incurta, solus Papa dispensat, si non sit occulta; Nam dispensandi facultas per Concilium sess. 14. c. 6. de ref. Episcopis data, a que ad irregularitates incurtas ob violationem suspensionum, ac ob alias causas extenditur, Semel autem irregularis licet grauer peccet celebrando, nouam tamen irregularitatem non incurrit, ex eo solo quod existens irregularis celebret, ex Innoc. in cap. si celebret, de cler. exc. minist. & Nauar. in Man. c. 24. nu. 194.

## DECISIO XLII.

**42** Illegitimus licet irregularis sit, c. 1. & fi. de fil. presb. non tamen est suspensus, quia nemo suspenditur sine propria culpa, sicut nec aliquis sine propria culpa excommunicatur, interdictum, autem etiam propter alieni culam ferri potest.

## DECISIO XLIII.

Ex conf. 41. alias 1. de his qua vi met. causa sunt.

**43** Vt ob reuerentiam pannis, vel Regis, aut aliovis altius ordine sacro initiati se consentit, alias non consenserunt, vere ordinatus est; Arg. c. maiores, item queritur, de Bapt. cum facta per metum simpliciter voluntaria sint, sicut secundum quid in voluntariis ex S. Tho. 2. 2. qu. 6. art. 6. & Nau. in Man. prælud. 6. nu. 4. & coacta voluntas, voluntas est c. Merito, 15. q. 1. vnde vt quis ordinetur satis est consensus non solum absolutus, sed etiam conditionalis illius, qui consentire potest: quantum non in eo qui non potest consentire, cum & infans incububilis existens, & amens, sine viro eorum consensus characterem ordinis suscipere possint; Quoniam aliud est consentire, & aliud dissentire, sicut aliud est velle, & aliud nolle; solum autem dissentus abolutus omnino ordinis assumptionem impedit.

## DECISIO XLIV.

Ex conf. 42. alias 17.

**44** Ordinatus vsque ad Diaconatum inclusivè ad titulum patrimonij donati sibi a fratre, & ad preces eiusdem tenuncians postea illud eidem fratri suo, & postea sine alia donatione fratris afflumens presbyteratum virtute pectoris donationis, nec censuram aliquam, nec irregularitatem incurrit, cum id nullo iure caurom sit, renunciatio autem tituli ab ordinato ad Diaconatum ipso iure nulla est, vt ait Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de ref. nec præstat impedimentum, quod iure non fortuit effectum, c. non præsta, det. gul. iur. in 6.

## DECISIO XLV.

Ex conf. 43. alias 38.

**45** Episcopus ab omni suspensione a iure lata, & Pape non reseruata absoluere potest: & consequenter clericum ab alieno sine literis dimissoriis ordinatum a suspensione sic incusa absoluere valet, c. Lugdunensis 9. qu. 2. & comprobatur Concil. Trid. sess. 23. c. 8. de ref. illamque ordinatum in suam iniuriam factam approbare potest.

## DECISIO XLVI.

Ex conf. 44. alias 24.

**46** Ante legitimam etatem ecclesiam, parochiam obtinens, & post eam adeptam in legitima etate, & temporibus statutis, cum literis dimissoriis sui ordinarii ordinatus ad ordines sacros ad titulum illius, peculiari

cat, c. cum in cunctis, s. f. de elect. Suspensionem tamē aut irregularitatem non incurrit, cum illa propter susceptio- nem beneficij curat ante etatē non incurritur; quam- sis propterea sacros ante legitimam etatē suscep- tos. Extr. cum ex sacerdotum.

## DECISIO XLVII.

Ex consilio 45. alias 10.

**A**nte legitimam etatē ad aliquem sacram ordinē promotus ipso iure suspensus est, vt colligatur ex Extra. Cum ex Sacrorum, & ex Nau. in Man. c. 17. nu. 155 & propter inhabilis ad beneficium obtinendum, Arg. c. si celebrat. de cler. exco. minist. & si durante suspensione beneficiū accipiat, collatio est nulla, nec fructus faci suos, beneficium vero antea legitimē adeptum, per censuram vel irregularitatem superuenientem non perditur, vt c. cum nostris, de concess. præb. fructibus tamen eius ut non potest, durante censura, nisi solū ad honestam sui sustenationem glo. in c. cum uintronensis, de elect. & Pan. ibi.

## DECISIO XLVIII.

Ex cons. 47. deest in Nonis.

**C**ollatio dignitatum, personatum, & aliorum benefi- ciorum ecclesiarum Cathedralium, & Collegatarum secundum Concilium Tridentinum ses. 22. ca. 4. de refor- facienda habentibus iustam etatē, & alias habilitates ad id requiritur, non requiritur, vt validā sit, vt collatiarum ac- cū habeat ordinēs, & alias qualitates, sed sufficit, vt iusta zinem habeat ad ordinēs illos suscipiendo, quos Conci- lium requirit, & habilis sit ad eos habendum, prout praxis Curia obseruat.

## DECISIO XLIX.

**C**ollatio beneficij requirentis ex constitutione ordinē adhuc facta non habenti illum invalida est, & omnes fructus, & distributiones quotidianas ab ipso perceptas re- stituere tenetur, cum beneficium illud sine vlo. titulo ca- nonico teneat; c. 1. de reg. ior. in 6. facta autem carenti or- dinē requisito in potentia solū, modo iustam etatē ha- beat, & alias ad id habilis sit, validā est, vocem tamen in Capitulo non haberet, & dimidion distributionum quoti- dianarum etiam diebus, quibus intereat Diuinis officijs, & horas Canonicas recitat, summittit Clement. v. j. quis; 2. de- rta, & qualit.

## DECISIO L.

Ex cons. 47. alias 46.

**R**dinatus suum ordinatorem decipiens dicendo se- habere titulum patrimonij sufficientem, ita vt ordinator probabilit̄ credit̄, & credere debuit, illum non solū habere patrimonium, sed etiam sufficientis ad hone- stam sustentationem, suspensionem incurrit; cap. Nemini- c. Sanctorum, dist. 70. & Concil. Trid. ses. 2. ca. 2. de ref. & celebrando irregularis efficitur, ordinator vero cū alere non tenetur, cum ob solam culpam ordinandi, non sit puniendus ordinans. Econtra, si ordinans non decepit ordinatorem, sed ordinans probabilit̄ scire potuit cum vel titulum patrimonij non habere, vel si titulum habeat, non tamen sufficientem ad honestam sustentationem, ordinans nec suspensus est, nec ordine accepto vtens irregu- laritatem incurrit, cum ob solam ordinantis culpam, ordinatus puniti non debeat; & ordinator ad eum alendum est obligatus, c. cum secundum de præb. & Concil. Trid. vbi lupta. Q[uod]ando ergo solus ordinatus est in culpa, ipse sus- pensus est, sed ordinator eum alere non tenetur; Sin vero solus ordinans in culpa sit, ipse ordinatus alere tenetur, ordinatus autem imminutus est a suspensione; quando au- tem uterque tam ordinans quam ordinatus sunt in culpa, neque puniendus erit; ita vt ordinatus maneat suspensus secundum antiquiores canones, d. c. Nemini, & c. San- torum donec cum eo dispensemur, ordinans autem secun- dum canones recentiores, d. c. cum secundum eum ale- terentur; quos omnes canones, Concilium Trident. ses. 21. cap. 2. de ref. pro ratione culpa ordinantis, vel ordina- tria, limitationem prædictam innouat: cum peccata

suos authores tenere debeat, nec p[ro]na v[er]terius protrahen- da est, quam delictum fuerit in excedente repertum. cap. Quæsiuit, de his quæ fiunt a maior. parte.

## DECISIO LI.

Ex cons. 48. alias 6.

**S**i Vos ordines Minores in die veneris vnius hebdoma- d[omi]ni, & die Sabba: hi quatuor temporum alterius im- mediate sequentis ordinem Subdiaconatus cum legitimis literis dimissoriis sui ordinarii, derogantibus necessitate seruandi interstitiū temporum in accipiendo ordinibus minoribus & maioribus, ab alieno Episcopo suscipiens, neque suspensionem, neque dictis ordinibus v[er]to irregu- laritatem incurrit, cum in interstitiis seruandis ordinarii dispensare possit, vt patet per Concil. Tri. ses. 23. ca. 11 de ref.

Videtur author sibi contra ius in hoc consilio, cum in conc. 27. auctoritatem hanc dispensandi in interstitiis, Epis- copo denegare v[er]sus sit.

## DECISIO LII.

Ex cons. 46. alias 5. de rescrip.

**S**tinens ab Episcopo suo ordinatio literas dimissorias **O** ut offit a quoque Catholico antistite, ad quoscū que etiā Sacros, & Presbyterij ordines promoueri, si an- tequam ordinetur, moriatur Episcopus, virtute illarum dimissoriarum ordinari potest, cum licentia assomendi o- dines ab Episcopo concessa, non moriatur, nec definit valere mortuo, vel seimoto, siue translato Episcopo eam conce- dente. Card. in Clem. fin. de elect. q. 5.

## DECISIO LIII.

Ex cons. 50. alias 2.

**S**i Vos ordinatum facitis bona fide ordinatus, parentum testimonio credendo eam habere, suspen- sionem non incurrit, neque celebrando irregularis effici- tur, cum lex puniens ordinēs sacros suscipere præsumen- tem ante legitimam etatē, Extr. Cum ex Sactorum. bona fide eos sumentem non includat.

## DECISIO LIV.

Ex cons. 51. alias 26.

**S**i Vos ordinatum facrum ab alieno Episcopo sine legitimis li- teris dimissoriis suscipiens, suspensus est, Extr. Cum ex Sacrorum, & ijsdem ordinibus facris durante suspen- sione vtens fit irregularis; d. Extr. & c. 1. de re iud. in 6. & c. 1. de senten. exc. in 6. nec ab Episcopo virtute Concilij Tri- dentini ses. 24. cap. 6. de ref. dispensari potest, cum ir- regularitas ex malæ ordinationis v[er]o incursa ex delicto o- culto nata dici nequeat; præfatum cum ordinationes in formam publicam redigi solet; vnde taliter ordinatus publica dispensatione per Datarium impetranda indiget, vt ei quoad v[er]umque forum proficit.

## DECISIO LV.

Ex cons. 1. in Nonis deest in antiquis.

**S**i Vos ordinatus facris ante etatē legitimam Gallus in Gallia, si Bulla P[er] II. Cum ex sacerdotum, quæ est 6. in ordine in Bullario, ibi promulgata in Metropolitanis non fuerit, nec recepta, neque suspensus est, nec ministrando it regularis efficitur, neque vila dispensatione indiget, sed so- lū ut de peccato penitiat.

## DECISIO LVI.

Ex cons. 4. in Nonis deest in antiquis.

**S**i alias canonice ordinatus est, non seruatis tamen temporum interstitijs, quæ Concilium Tridentinū ses. 23. de ref. c. 11. requirit, quamvis ab Episcopo suspendi, & alijs p[ro]nis ob canonis transgressionem puniri possit, ipso tamen iure nec suspensus, nec irregularis est; Cum neque a Concilio Trident. neque a iure, aliqua talis pena ei imposita sit, qui non seruatis temporum intersti- tijs ordinatur.

## DECISIO LVII.

Ex cons. 5. in Novis deest in antiquis.

57 **Q**ui eodem die duos ordines sacros suscipit, aut qui furtiuē ordinatus est, non solum suspensus est, sed ceterum irregulare efficitur, c. literas, &c. dilectus, de temp. ord. & Nau. Man. in c. 25. n. 71. &c. 27. n. 24.

## DECISIO LVIII.

Ex cons. 6. in Novis deest in antiquis.

58 **O**rdinatus sine legimus sui ordinarii literis ad omnes ordines sacros ab alieno Episcopo, duplum suspensionem, suscipiendo Subdiaconatum, & Diaconatum, incurrit, etiam si in eis non ministraverit Extrau. Pij II. cū ex Sacrorum. Qui vero sic suspensus ordinem presbyteratus accipit, quia in eius assumptione Missam celebrat, consecrando cum Episcopo irregulare efficitur. Arg. cap. 1. de sent. & re iud. c. 1. de sent. exc. in 6. in qua irregularitate solus Papa dispensare potest; A prefata vero suspensione, necnon praedictam ordinationem approbat, Episcopus, vel Capitulum Sede vacante post annum absoluere vallet. Arg. c. Lugdunensis, 9. q. 2.

## DECISIO LIX.

Ex cons. 20. in Novis deest in antiquis.

59 **C**apellanam in Capella Papae obtinens, ad illius titulum legitimè ad ordines Sacros ordinarii potest, non solum quando a Papa, qui est super omne ius humanae positionum, ea. Proposuit. de concess. præb. sed etiam quando ab alio ad eam præsentatur; eo quod capellane præfatae perpetuae sunt, nec per mortem Papæ vacant; quam tamen Capellanam sic ordinatus renunciare prius nequit, quam aliud beneficium; aut patrimonium, unde vivere possit, consequatur. Arg. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de ref.

## DECISIO LX.

Ex cons. 22. in Novis deest in antiquis.

60 **P**romotus ad presbiteratum titulo sui patrimonij, patrimonium illud sine licentia Episcopi renunciare validè non potest, & renunciando peccat, vt per Concil. Trid. sess. 21. de ref. c. 2. & per Nau. in Man. c. 27. num. 153. in aliquam tamen censuram, aut irregularitatem non incurrit, si ante ordinationem patrimonium illud remittere, vel renunciare non promiserit.

## DECISIO LXI.

Ex cons. 32. &amp; 33. in Novis deest in antiquis.

61 **O**rdinatus per falsas literas dimissarias ab alieno ad omnes ordines Minores, & postea per vietas ad subdiaconatum, quamvis mortaliter in susceptione ordinum minorum peccet, nullam tamen censuram, aut per primam, aut per secundam promotionem incurrit; siquidem ad sacros per legitimas dimissorias ordinatus est; ob Minorum autem ordinum susceptionem per falsas literas censura bullæ incurrit; cum Extrauagans Pij II. Cum ex sacrorum de solis sacris loquatur, vt patet ex Nau. in Man. c. 75. n. 70. & c. 27. n. 155. &c. 241.

Hodie ob Bullam Sixti V. que incipit, *Sanctum & salutare idem dicendum est de suscipiente Minoris ordines per falsas dimissorias, quem Pontifex suspensum esse statuit, sicut qui sacros suscipit. Quam tamen constitutionem Clemens Papa VIII. alia sua constitutione, que incipit, Romanum Pontificem, edita 1595. ad terminos Sacrorum Canonum, & constitutiones Papæ Pij II. incipit. Cum ex sacrorum ordinum reduxit, & testinxit.*

## DECISIO LXII.

Ex cons. 40. in Novis deest in antiquis.

62 **E**piscopus ex ignorantia probabili subditum alterius sine proprii licentia ordinans, suspensionem non incurrit; cum ius canonicum, &c. Eos, de tempore ordi. in 6. penam suspensionis imponens ordinati alienum sine superioris licentia, equitat, & scienter, vel ignorantia affecta ta id faciat.

Hodie consulenda est in hac re Bulla Sixti V. que incipit, *Sanctum & salutare vbi ordinans Minoribus, vel Majoribus, scien ter, aut ignoranter, nisi debita diligenter, exhibita, justus error, & probabilis facti ignorantia eum excusat, a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, &c. ab executione omnium munierum Pontificium eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesie interdictus, cuius tamen Bullæ rigorem Clemens Papa VIII. postea temperavit,*

## DECISIO LXIII.

Ex cons. 42. in Novis deest in antiquis.

Cessum ob crimen etiam enorme non incurrit, regularitas, nisi ob homicidium, & alia crimina in iure expressa; sed neque ob crimen occultum clericus secularis ab Episcopo ab ordinum susceptione impediti valet, c. fin. de temp. ord. secus autem in clericis Regulari, qui ob crimen occultum ab ordinario suo impediti potest, ex Concil. Trid. sess. 4. de ref. c. 1.

Aduertendum, Congregationem Cardinalium cessisse caput primum Concilij Trid. sess. 14. de reform. locum habere etiam in clericis secularibus, ita ut cap. Ex tenore, per cap. Ad aures, de temp. ord. corrigitur, quicquid Narratus contrarium hic docuerit.

## DECISIO LXIV.

Ex cons. 43. in Novis deest in antiquis.

63 **V**i uno in loco notoriusest excommunicatis, Cocabianis, vel per iudicis sententiam factus infamis, vbique talis est, & sine peccato vt talis potest alii se uelati: Nec Episcopus etiam vbi hoc ignoratur, potest cum tali, virtute Concilij Trid. sess. 24. c. 6. de ref. dispensare; cū tale crimen non sit occultum, sed notorium, quodad forum exterus. Si quis tamen in loco remotissimo esset, vbi hoc ignoratur, posset antea ordinatus, in suscepis ordinibus ministrare, absque eo quod censuram aliquam, vel irregularitatem incurrat.

## DECISIO LXV.

Ex cons. 44. in Novis deest in antiquis.

64 **V**annus Capitulum intra annum a die vacationis sedis Episcopalis literas dare nequeat, vt appetat per Concil. Trid. sess. 7. de ref. c. 10. post annum tam non solum horummodi literas dare, sed etiam Episcopum alienum ad ordines in Ecclesia vacante celebrandum inuitare valet, sicut & Episcopos viuens id facere poterat; Cum Capitulum Sede vacante in omnem jurisdictionem Episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam succedat, cap. His que, & c. cum olim de mai. & obed. Potestque episcopus sic inuatus, & clericos illius diocesis, & altos etiam cum sui ordinarii licentia ordinate, non obstante Concilio Trid. sess. 6. c. 5. de ref. quod solum Episcopis prohibetur, ne virtute aliquius privilegi, aliquoque licentia ordinarii loci in alia sa dicesi, aut altos quoam illi ordinario subiectos, ordinare praesumant.

## TITULUS VIII.

De Aetate, &amp; qualitate, &amp; ordine praeficiendorum.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Dispensatus ad ordines sacros suscipiendos creditur, pro quo superior Papam supplicavit, & ad Minoris ordines suscipiendum misit.

2 Sacerdotio probato, quando ordines inferiores probari centur.

3 Illegitimus boz a fide credens secum dispesatum, ordinatus sacris non censetur suspensus.

4 Dignitas iurisdictionem spiritualem habens, & ecclesia pro rochialis minori 25. annorum non conferuntur.

5 Objeccus a demone sacris non ordinatus, sine Papæ dispensatione non est ordinandus.

P. 14.